

censor ipse et corrector saeculi ineptientis. Habes quae ad calen-
 lum tuum proferre valui. Curtam pauca tam jejune ex
 epigrammatis colliges, quo fronsdem opusculi, breui impetu
 commaculavi. Breui scilicet, ut meae sortis este vasti turbida
 rotantis, et in singulas momenta transversim actae. Ignosce
 et inter nos has nugas perire sine si me amas, qui te colo

5. Januarij 1638.

Totus tuus.

Hortensio.

(162).
 Districtus tot negotiis Hortensi doctissima, quot nobis vasti
 in frustra diem discerpere, securus eo distuli ad binas tuas
 rescribere, quod cum separatis comitiis ad vos rediret Amplissi-
 mus Borrelius, ab illo te certiorum fore sciebam omnium
 eorum quae hic Haga circa negotium Galekerium adminis-
 trata essent. quod a me porro petisti, ut Excellentissimo Principi
 ad rem fovendam atque propellendam autor essem, tanto
 impetu a me procuratum est, ut praesens facile judicasses
 nihil calcari opus esse equo tam sua sponte currenti. Neque
 dubium est, si consulatur, opera mea fructum persequuros,
 qui hoc in mandatis habituri sunt. Passim denique et ubi
 cumque cum profectu fieri posse videtur maxima rei ineffabile
 momentum, et nimis quam paucis perspectam utilitatem
 totis viribus inculcatum eo. Celsium postremo ante paucas
 dies tam incitato sermone concussi, ut se receperit quam
 primum ullo pacto fieri possit, Hollandica de profectione tua
 vel deliberationem vel decretum ad Ordines Generales perla-
 turum, ut grave, scilicet, negotium, quia ad aerarii angustias
 pertinet, senatus consulto tamen sanciatum. Haec apud
 clarissimum Deodatum, si quando ad eum rescribis, ut commu-
 neres a te peto. Cum tot amici enim tui Hortensi, qui
 ad me singuli... Literarum ^{gratidiv} dant, ut paria facitem
 plane potis non est, atque adeo molestus aliquando non
 nullus esse cogor, ut plurimis fiat satis. Exdissertationes
 tuae, gloriari audeo, parum esse quod didicerim, non utique
 rei Astronomicae tam rudis tiro, ut hoc nomine docenti
 debeam, quantum quidem debituras credo (quo et collimasti)
 procerum plerosque, qui ad istas fere fortiter caecutiunt
 atque ut hodie vinitus adeo terrenis implicantur, ut in-
 mentem vis coacti illud revocent, cui mundi melioris
 origo os hominum sublimes fecit, neque cum sideribus
 vel hoc tantillum instituire commercii dignentur, quod
 ne negligatur etiam huius quo in terris occupantur, quam
 maxime interest. Proinde ne me absolute rigidum
 Censorem agere doctoris mei censeas, aio te, quam potissimum
 faciti

facili et perspicua ratione debuisti, imperitor aggressum esse
nisi quod in explicanda latitudine et elevationis investiganda
modis plusculum obhasisse videris, et produxiste Tractatulum
aliquot capitibus non tam necessariis, quin pro instituto
pauculis perstringi potuissent. Ecce vero ut in culpam
garrulus incurro, quam tibi, Vir amice, objicere ausus sum.
Ignosce prono et propenso erga te affectui, et me amice, diligenti
ut quidem te praesente saepe multumque fui optem.
Nunc vero quam remotissimum, et trans saevas Alpium iuga
nectum velim, ut ne sero Florentiam adeas, et extinctum
(quod cum Principe metuo) nebulosum illud sidus reperias,
sine quo parum est, quod de luce Jovis et Satellitum, ab his
terrarum polliceamur. Vale. Haga Com: 11X Cal. Feb: MDCCXXIX

Bannio.

Noordgeestum

(263)

In causa sunt, Vir Amplissime, tot rerum avocamenta
quibus me obrui in hoc pistrino nosti, quod P. Mercurii
Antharmonista tui, epistola, quam vides, aliquot septi-
manis inter schedas meas latuit, neglecta vel dilata
neutrum enim diffiteor, humanitate tua securus
tus. Excusa igitur ut soles hominem occupatum
aque (ut apud veteres legitur) ita inter omnes convenit
nullam rem bene exerceri posse; quando districtus animus
nihil altius repetit, sed omnia velut inculcata respuit
Seneca sic, ni fallor pronunciarit, nam libris hic non
sumus instructi. Vale mi Banni, et quam brevi pro-
plico impetire statueres qua ad rem Musicam
commentatus es, ubi commodum erit, indicato.

In Castris ad B. op. Romium
prid: Cal. Quintil: MDCCXXIX.

Studiosissimo Tui
C. H.

De vander gulsio cum stupore dolui.
Hoc pars vtilissima rerum amissa potuistis opes!

Heinsio.

Noordgeest.

Nobilissime Domine

(264)

Rogat me subtilis, neque ut opinor, facile sub^{ter}pendat
Philosophiae autor D. Descartes, familiaritate mihi qui
glorian